



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Prouincialis creatur à B. Ignatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

pauci, qui grates agerent Deo, quod talis viri ætate vixissent. Archidux Ferdināus cum Rege suo parente certabat in præclara de eo existimatione, & consiliis amplectendis. Admonitus vt renouari pristinum quendam Boëmiæ morem iuberet sub meridiem populum admonendi Campanæ signo, vt preces faceret pro successu Ecclesiæ, & belli contra Turcas; gratias Archidux egit ei, quod tam honesta rogando, quid deceret Catholicum Principem admonuisset; totaq; Boëmia instaurati consuetudinem pulcherrimam iussit.

*At Catholicis  
pro miraculo*

Quarto tandem Nonas Aprilis Collegij Pragensis incolæ peruenerunt: cumq; mox per æflatem Ingolstadium quoq; alij peruenissent, accipit Canisus à B. Patre literas, quando iam Viennæ, Pragæ, & Ingolstadij condita erant Collegia, maturū esse Germaniam declarari Prouinciam. Igitur, quod ad Dei laudem magnam cederet, & Prouinciam institui, & fidei eius, curæque committi: quæ nō condita modò domicilia, sed quæcunque in Austria, Boëmia, ac tota superiore Germania conderentur, amplecteretur. Nihil potuit fieri quod magis siue opinionem Canisij falleret, siue obedientiam exerceret. Confestim rescripsit, se qui-

*Prouincialis  
creatur à  
B. Ignatio.*

*Conatur missus  
arcere.*